



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,  
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac  
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de  
Liesse dictam effulsere**

**Caoult, Walrand**

**Coloniae Agrippinae, 1607**

Insigni miraculo lapides, calx & arena diuinitus parantur ad extructionem  
ædiculæ, in B. virginis memoriam consecrandæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

Hanonix duos & triginta natus annos  
 vici de Hauret dicti, diues & opulens, artu-  
 nis pedum & manuum vsu orbarus a  
 quennio, vouit coram beata Virgine, si  
 tatem reciperet, se ad primum quodque  
 elaboraturum duo stannea ponderis viginti  
 quatuor librarum candelabra, quorum  
 que candelam trium librarum imponeret  
 coram imagine collocaret. Tungros se de-  
 ti fecit, ibi orauit, & momento citius  
 eo peruenit sese sanum & incolumem  
 Superuixit ad annos quadraginta Pere-  
 nationem anniuersariam ad beatam Vir-  
 Tungrensem repetens. Contigit hoc  
 culum in presentia dicti D. de Tongres  
 tum adhuc caeci, qui ea hora missa sacra  
 adfitebat consilio B. Virginis meritis & p-  
 cibus se videndi vsu recuperaturum.

*INSIGNI MIRACULO LAPIDIS  
 calx & arena diuinitus parata ad extru-  
 nem aediculae, in B. Virginis memori-  
 am consecrandae.*

CAP. VII.

**E**odem anno vigesima octava eiusdem  
 sis cum fabris murarijs deficerent lapides  
 calx & arena, quibus in constructione aedi-  
 lae inchoatum opus continuarent, sequenti  
 nocte tantum lapidum allatum est ab oppo-  
 do Antonio (vnde & alij lapides p-  
 uer-

uecti fuerant) quantum viginti currus capere potuissent, tantumq; calcis & arenæ quantum perficiendæ ædiculæ satis esse poterat, idque insigni miraculo, putà sine curribus & equis. Visa fuit dum daxat mulier in habitu candido, quæ instar peregrinantis materiam dispo- neret & dirigeret.

*Q*UIDAM IUVENIS PER QVADRI-  
ennium grauitè è sagittæ ferro in coxa offensus  
cum magno vitæ discrimine, vbi Tungros cur-  
ru aduectus pijs fudit preces, conse-  
stim ferrum erupit è  
coxa.

CAP. VIII.

**E**odem die seruus Episcopi Cameracensis nomine Ioannes Atrebatius annorum quindecim in coxa saucius è sagittæ ferro, idque à quadriennio, magno vitæ discrimine tentatis omnibus vijs quibus ferrum educi posse videretur, cum nihil sic proficeret, rheda Tungros aduectus fundit preces, & ecce continuo ferrum suapte sponte exilit è coxa, unde seruus ille pristinae fuit redditus sanitati. Hinc Episcopus mirè gauisus est, auditisque per Dominum loci etiam alijs miraculis, se quod sui erat officij facturum existimauit, si ea per totam suam diœcesim publicanda curaret. Quæ secunda est miraculorum appro-  
batio